

LETTRE XXXI.

SUMMO MEDICO, DD. FRAN. DE SAUVAGES,

S. pl. D.

CAR. LINNÆUS.

A me in ultimis vel in penultimis petiisti aliquot semina; plures plantæ apud nos semina nunquam ferunt, ideòque mittere nequeo. At verò, ex iis quæ possideo, mitto inclusa, recentissimâ hâc æstate lecta.

Quæ notata sunt asterico, debent seri in terrâ prægnante; reliqua sub dio.

Pro dissertationibus, quas nuper excepi, devotissimas reddo; sunt totidem magisteria summi magistri.

Salutes, quæso, D. Gouan, ejus descriptiones etiam accepi; sed vix possum extricare omnia, nisi videam ipsa insecta, quæ non accepi.